

EXODUS.

Exodus

Coniungitq; cor tinas quinq; alteram alteri. et alias quinq; sibi inuicem copulauit. Fecit et ansas hyacinthinas in ora cortine vnius ex vtroq; latere: et in ora cortine alterius similiter vt contra se inuicem venirent anse. et mutuo iungeretur. Unde et quinquaginta fudit circulos aureos. qui morderent cortinarum ansas. et fieret vnum tabernaculum. Fecit et saga vndecim de pilis caprarum: ad operiendum tectum tabernaculi. Vnum sagum in longitudine habebat cubitos triginta. et in latitudine cubitos quatuor. Vnius mensure erant omnia saga. Quorum quinq; iunxit seorsuz et sex alia separatim. Fecitq; ansas quinquaginta in ora sagi vnius. et quinquaginta in ora sagi alterius vt sibi inuicem iungerentur. et fibulas eneas quinquaginta quibus neceretur tectum vt vnum pallium ex omnibus sagis fieret. Fecit et operatoriū tabernaculi de pellibus arietum cubricatis. aliudq; desuper velamen de pellibus hyacinthinis. Fecit et tabulas tabernaculi de lignis sethim stantes. Decem cubitorum erat longitudo tabule vnius et vnum ac semis cubitus latitudo retinebat. Dine incastrature erant per singulas tabulas vt altera alteri iungeretur. Sic fecit in omnibus tabernaculi tabulis. Equibus viginti ad plagam meridianam erant contra austrum cum quadraginta basibus argenteis. Que bases sub vna tabula ponebantur ex vtraq; parte angulorum: vbi incastrature laterum in angulis terminantur. Ad plagam quoq; tabernaculi que respicit ad aquilonem fecit viginti tabulas cum quadraginta basibus argenteis duas bases per singulas tabulas. Contra occidentem vero. id est ad eam partem tabernaculi que mare respicit. fecit sex tabulas. et duas alias per singulos angulos tabernaculi retro que iuncte erant a deorsum vsq; sursum. et

in vnam compagez pariter ferebantur. Ita fecit ex vtraq; parte per angulos: vt octo essent simul tabule et haberent bases argenteas sexdecim: binas scilicet bases sub singulis tabulis. Fecit et vectes de lignis sethim quinq; ad continendas tabulas vnius lateris tabernaculi et quinq; alios ad alterius lateris comparandas tabulas. et extra hos quinq; alios vectes ad occidentalem plagam tabernaculi contra mare. Fecit quoq; vectes alios qui per medias tabulas ab angulo vsq; ad angulum perueniret. Ipsa autem tabulata deaurauit: fuis bases earum argenteis. Et circulos eorum fecit aureos. per quos vectes induci possent quos et ipsos laminis aureis operuit. Fecit et velum de hyacintho et purpura. vermiculo ac bysso retorta opere polymitatio. variū atq; distinctum. et quatuor columnas de lignis sethim quas cum capitibus deaurauit: fuis basibus earum argenteis. Fecit et tentorium in introitu tabernaculi ex hyacintho purpura vermiculo byssoq; retorta opere plumarij et columnas quinq; cum capitibus suis quas operuit auro: basesq; earum fudit eneas quas et operuit auro.

XXXVII.

Fecit autem befeleel et arca de lignis sethim habentē duos et semis cubitos in longitudine. et cubitum ac semis in latitudine: altitudo quoq; vni cubiti fuit et dimidij: vestiuitq; eam auro purissimo iunctis et foris. Et fecit illic coronā aureā p gyrum conflans quatuor annulos aureos per quatuor angulos eius. duos annulos in latere vno et duos in altero. Vectes quoq; fecit de lignis sethim quos vestiuit auro et quos misit in annulos qui erant in lateribus arce ad portandū eā. Fecit et propiciatorium id est. oraculū de auro mundissimo duorum cubitorū et dimidij in longitudine et cubi